



Aug VI 182

Occasionalia  
p. 111  
vol. 22  
W-182.

W-182



VIRO - IUVENI  
NOBILISSIMO, CLARISSIMOQVE,  
DOMINO  
CAROLO RO-  
DOLPHO MOEH-  
RINGIO.

Servesta - Anhaltino,

De  
**LICENTIATI**  
In arte Medica Honoribus;

Quos  
Ex Inclyti Medicorum Vitembergensium  
Ordinis sententia ,

D. XXIV. Nov. clblccvi.

**SEQUENTES.**

WITTENBERGÆ,  
Prel. SCHULZIANO.



Elici nunc auspicio **CLARISSIME MOEHRING,**  
 Artis Apollineae, quam sit in aere Themis  
 Clare, quam sit egens monstras, ea, quamque Me-  
 dentis

Auxiliatrices hic quoque poscat opes.  
 Euge Tuae Nobilis fac sis Laus maxima Gentis,  
 Atque reple meritis undique cuncta Tuis!  
 Nascetur studio hoc major Tibi copia laudis,  
 Et capiti parta est Laurea digna Tuo.

Quod omni studio & affectu Tuus ex animo vovet  
 PRAESES,

**Christianus Vater, D.**

**D** At **GALENUS** opes: vulgata paroemia dicit;  
 Sed nec is in dando parcus honore manet.  
 Hunc dedit ex merito jam jam **TIBI**, mox dabit illas!  
 Rectius at dicam: **DET DEUS** omne bonum!

gratulab. scrib.

**L. Jo. Hieronymus de Wedig,**  
 Archidiaconus.

**S**unt, qui mista parant ipsis sibi melle venena,  
 Sunt, qui oblata sibi pocula nigra bibunt,  
 Sunt, quos tale malum casu quoque corripit. Omnes  
 Ad Medicos fugiunt auxiliumque petunt  
 Non minor est igitur virtus, fervare valentes,  
 Quam tam tartareum pellere posse malum.  
 Tu, quantum valeas in utroque, ostendis in uno,  
 Describens docta dira venena manu.  
 Laudat opus numerosa cohors, gratatur, & offert  
 Artis Apollineae praemia summa Tibi.

Sint

Sint ea fausta *Tibi*, Patriæ sint fausta, *Tuisque*,  
Omnibus hæc eadem commoda multa ferant.

**M. Augustus Wolfius, Ecclesiast.**

Ad per dilectum Fratrem,  
Sub Magnifici D. D. **VATERI** moderamine  
pro **LICENTIA**

ad summos in Artè Medica honores

more solemnè impetrandos

Publicè disputantem.

**D**E philtris, dum verba facis, pariterque **venenis**,  
Doctrinam pulcrâ Te didicisse probas,  
Inclutus hinc Ordo Medicus decrevit honores,  
Qui Vittenbergæ non sine laude docet.  
Te NUMEN servet, sincero pectore grator,  
Ægrotis posthac commoda multa feras!

**M. Godofr. Victor Moehring,**

S.S.Th.Cand. ut & Ord.Phil.Adi.

**C**ui medicas Phoebus divinus porrigit herbas,  
Nunc pariter facili pollice terra parat.

**M. Augustus Müller,**

Fac. Phil. Adjunct

**Q**ui quondam poterat tractare Machaonis artes,  
Aptaque qui fecit pharmaca, servus erat.  
Tempore sed nostro magnis effertur ad astra  
Laudibus, ægrotos qui relevare potest.  
Nostra suis pretis artes nunc æstimat ætas,  
Antiqui minimo quos habuere loco.  
Sic **Tibicum** titulis, **MOEHRING** doctissime, tantus  
Fertur honos, curæ quem meruere Tuæ.  
Hunc ego lætanti Tibi pectore grator honorem,  
Utque diu crescat, mente favente precor.

Anci-

Ancipites felix fors semper prosperet, aulus,  
Nec dubium posuit, Te superare, malum.

In laudem meritorum Clariss. DNI CANDIDATI  
Imque fecit

M. Augustus Wolsius Ecclesiasticus  
M. Guilelmus Wilckius,  
Memela - Pruffus.

**Q**uid refert? alius tricas & fulmina vitet,  
Aufugiat procul hinc, qui bona fata cupit;  
Vndique discordes coeant & tempora turbent,  
Marsque suo penetret moenia nostra pede.  
Tympana nulla movent animum, *Doctissime Fautor,*  
Ingeminas curas, otia cuncta fugis.  
Quippe salutaris somnos ars cupit amoenos,  
Atque tuum studium nocte dieque probas.  
Inde capis tandem lætus iucunda laboris  
Præmia, queis presis gaudia magna paras.  
Sanguine qui natus claro fers, spiritus altus,  
Virtutis cupidus reperere spernis humi.  
Felix tunc patria est, tanto genuisse *Parente*  
Progeniem tantum. Hinc pia vota dabo:  
Sorte tua faustus, felix sis terque quaterque,  
Sic ægrotorum præsidiumque fies.

Hicce Nobilissimo Dno Candidato, Amico atque Fautori suo  
ex paucis colendo, novum honorem gratulabatur

M. Carolus Guilelmus Weisius, Lub. Lus. S. S. Th. St.

**E**X factis magni nascuntur fontibus amnes,  
Horrida spūta crabro, dulcia gignit apis.  
Confirmas, *Fautor*, proprio ceu sanguine teste,  
Cum te circumstat turba diuersa *Patrum*.  
Quo miras reliquas Tecum communicet artes,  
Sic surget foetus utilitate, precor!

His affectum vere fratrum Agnato letatum observando  
expressit

M. P. P. Kochy Serv. Anhalt.

Ung. VI 182

FLCN





VIRO - IUVENI  
NOBILISSIMO, CLARISSIMOQVE,  
DOMINO  
CAROLO RO-

PHO MOEH-  
RINGIO.  
esta - Anhaltino,

De  
CENTIATI  
e Medica Honoribus,

Quos  
Medicorum Vitembergensium  
Ordinis sententia ,  
XXIV. Nov. clbcccvi.

obtinuit,  
gratulantur  
QVENTES.

WITTENBERGÆ,  
Prelo SCHULZIANO.

